G. 670

BELLVM GREGORIANVM

SIVE

CORRVPTI-

ONIS ROMANÆ IN OPE-

RIBVS D. GREGORII M. IVS-

su Pontificum Rom. recognitis atq; editis, ex Typographia Vaticana,

Locis insigniora, observata à Theologis ad hoc officium deputatis.

* * *

Thos James

OXONIÆ,
Excudebat Josephus Barnesius. 1610.

MVNIFICENTISSIMIS ATQVE
OPTIMIS, CVIVSVIS LOCI, OR-
dinis, aut dignitatis viris, ſacræ veritatis ſtu-
dioſis per vniverſam *Angliam* conſtitu-
tis, qui impẽſis ſuis, conſilio, auxilio, aut
alio quovis modo, opus hoc conferendi &
emendandi Autores veteres ad fidem
Mſſ. Codicum aut ampliârunt, aut
adiuvârunt: THO. IAMES *Pro-*
to-Bibliothecarius Oxonienſis, ſuo
& Collegarum ſuorum nomine,
hoc ſuſcepti laboris argu-
mentũ, futuri ſpecimẽ
pietatis, memoriæ,
virtutiſq; cauſa
dat, dicat, de-
dicatq;

BENEVOLO LECTORI SALVTEM

EN tibi Lector beneuole, damus gustum non fructum operę locatæ in emaculādis *SS. Patrum* scriptis. Opus feliciter inchoatum (secundet Deus) à *Gregorio M*; tùm quia *Episcopo Romano*, tũ quia * *Apostolo Anglorum*. In cuius *Epistolis*, *Moralium libris*, & *Pastoralium* (nam vltra adhuc non sumus progressi in hac trutina) facta collatione diligẽti, fide optima & antiqua * cum variis *Mss.* comperimus tot addita, detracta, mutata, commutata, vt ne vnus quidem *Hercules* sufficeret ad hoc *Augiæ* stabulum repurgandum. Quamobrem 12 electi *Theologi*, iunctas operas navamus, obseruãtes haud indiligẽter, ne quid vel minimum præteriret, quod legentis animum impedire, aut sensui officere videretur. Singula, quamvis crassiora ac putida errata, annotare in his schedis non libet, sed neq; licet in hoc studio brevitatis. Hoc autem fiet non abs re tua * Opere iusto atq; ad hoc destinato, quod *Indicem*, siue *Vindicem Gregorianum* nuncupabimus. In præsentiarum satis

* *Sicut Pontificii gloriantur.*

* *Recogniti sunt libri Epistolarũ Moralium & Pastoralium, diligenter ad 4. Mss. exemplaria adhibitis in locis gravioris momenti 2. 3. 4. vel plurib. Mss. exemplaribus.*

* *opus hoc quod emittemus in lucem per Dei gratiam absoluta collatione Gregoriana, cõtinebit (ni fallor) schedas 40. aut circiter chartæ Regiæ adscriptis iis dũtaxat, quæ sunt necessaria iudicio eorum, qui aliquid vident in eiusmodi negotiis,*

erit ſubieciſſe oculis pij Lectoris loca tantum inſigniora in quibus libri excuſi Romæ, ex Typographia Vaticana, auctoritate ſumma, publica, Pōtificali, (ſcelus antehac infandum, inauditum) ita pugnant cum Manuſcriptis optimis, omnibus, antiquiſſimiſq;, vt album non magis differat ab atro, aut oriens ab occidente. Quid mirum ſi Pontifices Romani adulterent ſcripta aliorum, cum ſic tractent ſcripta etiam ſuorum. Hæc tua ſcire intereſt Lector: fruere, & caveto.

Romæ 1591	Bas. 1564.	Lib. Epist. excusi.	Manuscripti
Ep.6.p.4.c.10.	Pag.643,B.6,	Nolebas	*volebas*
Pap.6.ep.9.A.1.	P.644,D.16.	volumus	*nolumus*
P.9.ep.19.B.8.	P.648,C 2,	accusat	*excusat*
P.10.ep.24.D.4.	P.649,D.3,	Patriarchæ	*Expatriarchæ*
P.14.ep.24.C.5.	P.655,C.13,	vim	*ius*
P.15.Ib.B.2.	P.656,D.9,	immoderatam	*moderatam*
P.31.ep.59.E.6,	P.677,D.6,	nostræ	*vestræ*
Lib.2,p.43,ep.8,D.3,	P.690,D.7,	congruę	*incongruæ*
P.50,ep.24,D.4.	P.698,C.10,	Noneſſe humiles	*Nos eſſe humiles*
P.55,ep.34.A.4.	P.704,D.4,	iuſte	*iniuſte*
P.53,ep.7.b.9,Ind.11.	P.715,A.4,	in baptizatos	*imbaptizatos*
P.64,ep.8.C.11,	P.717,A.2,	in criminato	*incriminato*
P.66,ep.14,C.7,	P.719,A.8,	abſtuliſtis	*obtuliſtis*
P.86,ep.54,A.3.	P.739,B.8,	non ſatis	*ſatis nos*
Lib.3,p.98,ep.11,E.6	P.754,A.3,	admiſſa	*omiſſa*
Ib. E.7,	Ib.A.4,	non provehãtur	*provehantur*
Lib.4,p.146,ep.50.E.2	P.816,ep.51,D.9,	conſumat	*conſummat*
P.156,ep.7,A.5,	P.128,A.8,	reſiſtite&obedite	*reſiſtite*
Lib.5,P.168,ep.31,B.1.	P.843,A.7,	non invenitur	*invenitur*
L.7.Ind.1.p.226.ep.29,C.8,	P.916,D.10,	non ſint	*ſint*
P.230,ep.34,A.6,	P.921,C.12,	iniuſte	*iuſte*
L.7.Ind.2.p.233,ep.6,D.10	P.926,C.3,	ſontes	*inſontes*
P.258.ep.57,B.11,	P.957,B.15,	vobis	*nobis*
P.259,ep.62,E.5,	P.959,ep.61.A.6,	Civilibus	*vilibus*
P.261,ep.64,B.7,	P.961,A 3,	comprobamur	*non probamur*
P.277,ep.104,A.5,	P.980,A.4,	noluimus	*voluimus*
P.285,ep.116,C.6,	P 299,ep.114,B.13.	ſupplantatione	*vlantatione*
Lib.8,p.315,ep.42,E.5,	P.1009,D.7,	Nonnulla	*Nulla*
P.316,Ib.C.1.	Ib.p.1030,C.10,	humanitatis	*divinitatis*
P.326,ep.65,A.7,	P.1042,B.11,	Non ſentiant	*ſentiunt*
Lib.9,p.336,ep.23.B.6,	P.1054,B.6,	non deerat	*non erat*
P.337,ep.25,B.11.	P.1055,C.4,	in æternum	*vitæ termino*
P.350,ep.41,A.1,	P.1071,D.15,	honore	*onere*
Lib.10,p.372,ep.13,E.5,	P.1101,C.10,	Opportunus	*Importunus*
Lib.11,p.400,ep.23,E.2,	P.1136,ep.21,B.14,	non requiritis	*requiritis*
P.408,ep 43,B.2,	P.1145,ep.41,A.9,	non	*nos*
P.411,ep.49,C.11.	P.1149,ep 47,C.3,	ſupponatur	*ſuperponatur*
P.417,ep.59,E.9,	P.1156,ep.57,D.3,	ſine periculo ſuo	*in periculum ſuum*
P.419,ep.62,E.11,	P.1160,ep.60,C.10,	nó ſolũ res ſuas	*non res ſuas*
Lib.12,p.442,ep.32,D.4,	P.1179,ep.31,C.15,	docere	*dedocere*
		Lib.Moral.excusi.	
Lib.1,ep.c.1,	P.205,ep.C.1,	habitũ cõtẽnere	*habitu contegi*
Ib.Præf.c.1,E.	P.308,C.1,	Si nó-ſtuderem⁹	*Si-ſtuderemus*
Lib.2,c.15,p.342,A.2,	Lib.2,c.16,p.41,A.6,	Reprobent	*probent*
Ib.c.19,p.345,A.2,	c.20,p.45,D.2,	diſſuadendis	*ſuadendis*
Lib.4,c.2,p.376,C.1,	c.2,p.91,C.3,	non involvit	*involvit*
Ib.c.20,p.389,E.1,	P.112.A.14,	noctem	*diem*

Romæ 1591.	Basl. 1564.	Lib. Moral. excusi	Manuscripti
Lib.5,c.4,p.404,C.6,	P.134,A,6,	amore	timore
Ib.c.17,p.416,C.2,	P.172,A.3,	nonnullis	nullis
Lib.6,c.4,p.445,C.7.	P.180,A.5,	deiectos	elatos
Ib.c.14,p.444,c.23,D.9,	c.23,P.193,D.16,	infidelium	fidelium
Lib.7,c.14,p.468,B.3,	P.228,D.8,	terrena	æterna
Lib.8,c.7,p.484,C.4,	P.252,D.8.	figitur	non figitur
Ib.c.8,p.486,A.2,	P.255.A.7,	intuetur	non intuetur
Ib.	Ib.P.255.A.8.	respicit	non respicit
Lib.8,c.10,p.487,C.6,	P.257.B.10.	non parcit	parcit
Ib.	Ib. B.11.	non erubescit	erubescit
Lib.9,c.6,p.515,B.3,	P.299,D.10.	videri nunc&c.	videri non potest
Lib.12,c.22,p.597,C.8,	P.424,D.17,	exterius	interius
Lib.14,c.2,p.615,E.3,	P.452,B.8,	incognitis	cognitis
Ib.c.14,p.625,B.6,	P.466,D.16,	iusto	iniusto
Ib.c.29,p.637,A.6,	P.484,A.12,	impalpabilis	palpabilis
Lib.15,c.12,p.646,D.10,	P.491,A.11,	Non-punitur	Nam punitur
Ib.c.12,E.3,	P.498,B.4,	Remansit	non remansit
Ib.c.13,p.647,C.5,	P.499,B.3,	consummantur	consumantur
Ib.c.17,p.649,B.7,	P.501,D.12,	incorporeus	corporeus,
Ib.c.19,p.650,B.6,	P.503,B.11,	nõ solũ peccato-	non peccatores
Lib.16,c.4,p.665,A.9,	P.526,C.4,	firmari (res	infirmari
Lib.17,c.4,p.688,D.1,	P.561,D.1,	in æquitate	in iniquitate
Ib.c.13,p.695,E.9,	P.572,B.11,	amoris	timoris
Lib.18,c.5,p.706-D.9,	P.587,D.5,	vnquam	nonnunquam
Ib.c.9,p.709,C.7,	P.591,D.4,	fecit	non fecit
Ib.c.23 D.11,	P.614,D.5,	non cognoverat	cognouerat
Ib.c.27,p.727,D.11,	P.621,B.4,	indoctis	doctis
Lib.19,c.11,p.745,C.2,	P.648,A.4,	fulciuntur	deprimuntur
Lib.20,c.14,p.766,C.8,	P.680,A.4,	non credunt	credunt
Ib.c.18,p.774,B.10,	P.692,A.5,	iustitiæ	iniustitiæ
Ib.c.23,p.778,B.8,	P.698,A.2.	indignum	dignum
Ib.c.26,p.781,C.3,	P.702,C.8,	volentem	nolentem
Lib.21,c.9,p.793,D.8,	c.8,P.720,C.5,	inimici	amici
Ib.E.11,	c.9,P.721,A.5,	inimici	amici
Lib.22,c.2,p.802,A.11,	P.733,A.5,	caute (tis est	incaute
Ib.c.10,p.812,B.3,	P.748,D.1,	sed meę infirmita	& mea virtus
Ib.c.14,p.816,D.7,	P.755,C.9,	discimus	dediscimus
Ib.c.15,p.818,A.9,	P.757,D.4,	iniustum	iustum
Ib.c.15,p.818,C.8,	P.758,B.6,	dolent	non dolent
Ib.c.17,p.819,E.7,	P.760,B.1,	in avaritię studio	non avaritiæ studio
Lib.23,c.13,p.837,A.2,	P.786,C.1,	non proprie	proprie
Ib.c.13,p.837,D.8,	P.787,C.10,	inobedientiam	obedientiam
Lib.24,c.11,p.858,C.9,	P.820,B.9,	æternis	externis
Lib.25,c.7,p.868,C.4,	P.834,C.6,	fugiunt	faciunt
Ib.c.11,p.173,B.11,	P.842,B.13,	faciens	non faciens
Lib.26,c.14,p.889,E.11,	P.866,C.8,	visibiliter	invisibiliter
Ib.c.26,p.903,C.9	P.886,D.15.	nocentes	innocentes

Romæ 1591.	Bas. 1564.	Lib. Moral. excus.	Manuscripti.
Lib.28,c.6,p.946,A.5,	P.951,C.3,	formidinem	*fortitudinem*
Lib.29,c.3,p.955,C.3,	P.965,A.7,	formidine	*fortitudine*
Ib.c.15,p.973,E.2,	P.992,C.8,	solidamur	*solvimur*
Lib.30,c.13,p.998,C.7,	P.1029,D.5,	spiritus	*corporis*
Ib.c.14,p.999,C.1,	P.1031,A.13,	non extinguitur	*extinguitur*
Lib.32,c.6,p.1043,D.1,	P.1098,B.12,	concordat	*non concordat.*
Ib.c.12,p.1050,A.4,	P.1108,B.12,	non novimus	*novimus*
		Lib. Pastoral. excus.	
Part.2,c.7,p.157,D.7,	P.1248,A.1,	oppottunitate	*importunitate*
Ib.c.8,p.160,B.4,	P.1252,A.3,	non oportet	*oportet*
Ib.c.10,p.161,D.8,	P.1254,A.14,	malitia	*non malitia*
Ib.c.10,p.162,	P.1255,B.9,	incircunspectas	*circumspectas*
Part.3,c.10,p.170,E.3,	P.1267,B.13,	in eo-doleant	*ne in eo-doleant*
Ib.c.14,p.176,D.2,	P.1276,C.2,	sunt consumptæ	*non sint consumptæ*
Ib.c.15,p.177,E.2,	P.1278,B.7,	Dei	*viri*

Vltra non progrediar, quod licet, ne fortè prætergrediar terminos quos mihi posui ab initio: nec cuncta loca quamvis inter se pugnantia isthîc adscribam: sed delibo tantùm pauca ex multis, graviora ex omnibus, vt abundè constet, quàm prudenter fides adhibenda sit, vel assentio potiùs cohibenda ob iis quę temerè dicunt, vel dictitant potiùs † *Pontifices Romani*,; aut Institores *Vaticani*. Prætermisimus etiam Epistolas 168, fictitias atq; imaginarias, quarũ nullum ne vestigium quidem appâret in antiquis Codicibus *Mss.* In quibus quædam sunt maioris loci, in negotio Religionis, vtpote privilegium S. Medardo, & Ep. ad Io. Episcopum Panhormitanum de vsu Pallij, * toties oppositæ ab adversariis in Disputationib° de potestate Regali & Papali. Quibus si

† *S. Greg. M. Papæ 1. Opera Sixti 5. Pont. Max. iussu diligentissimè emendata atq; aucta. Romæ ex Typographia Vaticana 1588. sic habet ementitus titulus.*

„ *Sixtus 5. ad præclara omnia & sanè pia contendens,* (is est à quo Biblia vulgata corruptissimè sunt edita) Typographiã Apostolicam Vaticanã *magnificentissimè instituit, viris doctis vndiq; conquisitis, ad Concilia generalia imprimenda, sanctorúmque Patrum monumenta restituenda. Hæc præterea Typographia, Apostolica Vaticana & elegantia, ac varietate, ingentiq; characterum copia; nec non chartarum pulchritudine ac bonitate, aliisq; rebus imprimendi arti necessariis cæteras Typographias longè antecellit, viris eruditissimis ad exemplaria (quod caput est)* [tacitè semetipsum laudat, nam præfuit operis] *recognoscenda & illustranda selectis. Angelus Roccha in Append. Bibl. Vat.* pag. 414. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? * *Vide Bellarminũ in respõsis ad Georg. Blackwellum, & Baronium To. 8. ad An. 593. Pag. 63.*

acce

[illegible] quæstionibus de ve[illegible] de Imaginibus, de cō[illegible]ctione duarum [illegible]rarum in Christo, de Antichristo, & aliis, liquido in posterū (si deus voluerit) demonstrabimus nonnulla addita, quædam detracta, cuncta perperam immutata, contra fidem Mss. Cod. sive mentem Gregorii, ita vt ne hiscere quidem contra audeāt Iesuitæ.

accedant" tot assumenta, Glossamenta, sive nugamenta potius quot invenimus toto operi inspersa ad labefactandam Religionem Orthodoxam, falsam vero amplificandam: quid reliquum erit, nisi ut in posterum fides omnis derogetur Papanis, & legentibus Religionis Reformatæ Professoribus, Sanctissimorum Patrum Scripta, *Romæ* sive alibi excusa, occurrat illud Epicharmi μέμνησο ἀπιστεῖν, *Memento diffidere.*

Quod reliquum est chartæ (ne rura puta relinquatur, infra hic subiecimus Codices Manuscriptos, quibus vsi sumus ad facti fidem asserendam.

Conferendo Libros Epistolarum, vsi sumus *tribus Codicibus Mss. ex illa instructissima Bibliotheca Reverendissimi in Christo* Patris *ac* Domini *mihi plurimis nominibus observandi,* Richardi Archiep. Cantuariensis, *quorum vnus scriptus fertur non diu post tempora Greg. M.*

Item 2 aliis ex Bibliotheca Bodleiana, *&* Orialensi, *nec non vno integro ex accommodato* Tho. Alani Gloucestrensis (*cui non solum nos sed etiam antiquitas plurimum debet*) *& alio dimidiato ex Coll. S. Io.*

Castigando Lib. 35. Moraliū, vsi sumus varijs Mss. *Tribus exemplaribus ex Bibliotheca* Bodleiana, *tribus aliis ex Bibl.* Mertonensi, *Coll.* Novi *& privatim ex Museo* P. Hookeri *S. Theol. Bacc. ex Coll. Corp. Christi. Accesserunt etiam fragmenta. 15 Priorum. lib. ex Bib. Coll.* Corp. Christi: *Posteriorum ex Bibliotheca* Bodleiana *&* Coll. Novi.

Libri Curæ Pastoralis recogniti sunt *Ad 4 Mss. Exēplaria in Bibliotheca* Bodleiana: *supersunt præter hæc, longe plurimi vetustissimi Codices, partim in* Cathedralium Ecclesiarum, *&* Academiarum *Bibliothecis: partim inter privatos homines delitescentes. Quamobrem maiorē in modum rogo omnes & singulos veritatis studiosos, quibus suppetunt Libri Mss. vt si quos habent, sive* Gregorij *M. sive aliorum* Patrum Latinorum *Opera, huc ad nos confestim transmittant (sumptus qui in eam rem conferetur, rationem habebimus,) vel saltem ipsi quamvis locis disiuncti, coniunctam nobiscum operam navent, Ecclesiæ Christianæ inprimis necessariam.*